



Sancti Damiani. et omnium sanctorum. quorum sollemni
memoria hodie in conspectu tue maiestatis. re-
veratur. domine deus noster tota in diem terrarum
et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
et orationibus. ut in omnibus protectionibus tue reman-
eamus auxilio. **I**n eundem christum dominum nostrum.
Ante igitur oblationem servitutis nostre.
sancte familie tue. **Q**uesumus domine. ut pla-
cueris accipias. dies quoque nostros in tua pace di-
cas. atque ab eterna damnatione nos tri-
plex tuorum iubeas grege numerari per
dominum nostrum. **Q**uia oblationem tuam iuris
omnibus que. benedicta. **A**ssumpta. **R**
rationabile. acceptabile que face-
ris. ut nobis. corpus. **E**t sanguis. **R**
delectissimi filii tui domini nostri ihesu christi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Teil







Ms 612



17.

Programma
GOTFRIDI VOGLERII, MEDICINAE
Doct. & Prof. P.

ad
Artis Medicæ in illustri Academ.
IULIA studiosos.



HELMÆSTADI,
Typis hæredum IACOBI LUCI

ANNO M. DC. XX.

76



Vod Nazianzenus olim præclarè dixit, ἀτελές λόγος ἀπειράτος καὶ περὶ αἰτίας ἀλόγος, id cum primis de Medico verè usurpari potest. Eius enim cum sit officium, & quasi proprium, rectè mæderi, omninò necessum est, uti cum ratione experientiam coniungat, si quidem munere suo probè fungi velit; quippe quæ in diuino nexu ita iunctæ sunt, ut si unum defuerit, iam perfectione suâ Medicus exciderit: id quod Hippocrates concisis quidem verbis sed oraculi planè vim habentibus in παραγγελίαις demonstrauit. Et causa in promptu est: cum enim duo sint summa morborum genera, unum in quo sat temporis ad curandum Medico conceditur, alterum in quo occasio curandi breuis & momentanea ferè est, utrobique, mutuas operas offerunt ratio & experientia, seu ἡ δογματικὴ ἰσορροπία ἀτρεκέια καὶ χειροτεχνικὴ ἀτρεμεύτης, uti idem diuinus Præceptor loquitur. Hippocrati subscribit Galenus, & Medicum qui duobus his instrumentis instructus non est claudi canti æquiparat, quem in longo itinere saepe errare ac cessitare oportet. Quæ cum ita se habeant, insciti oppidò sunt, qui ita Medicinam faciunt, ut vniuersalibus saltè præceptis ac methodo superbientes omnem experientiam negligant ac contemnant, sicut & rursus temerarij planè, qui omnis methodi ac rationis ignari meram perpetuo crepant experientiam, & omnes agros una decempedâ metiuntur. Certè experientia nisi ratione suffulta periculosa est, & in extremam calamitatem agrum saepe præcipitat. Verum enim uero ut hæc verissima sint, alia tamen longè ratio eorum est, qui arti ipsi addiscenda operam adhuc nauant: præcipuum enim hîc est ut exactâ cognitione tam eorum quæ secundum naturam, quàm quæ præter naturam corpori humano insunt, animum prius instruant, quàm ad artis opera & exercitationem accessus fiat. Unde & Hipp. eum qui ad cognoscendum sufficit, ad curandum quoque sufficere censet, quod & Galenus diligentissimè nec uno in loco monet. Vltus enim quantumuis longus, uti est in quinto de tuendâ
sani.

sanitate, sine ratione talia inuenire nequit. Secus si fiat, & cruda adhuc ac immatura studia propellantur ad praxin, fieri non potest quin inter medendum saepenumero aqua hareat, & experimenta, uti Plinius ait, per mortes agantur, cum tantum Medicus curet quantum cognoscit. Neq; verò cognitio illa proletaria esse debet aut perfunctoria, sed accurata, ob corporum ac indiuiduorum varietatem, ob causarum similitudinem, quæ doctissimis etiam Medicis & in arte exercitatis nonnunquam imponit, & deniq; symptomatum complicationem ac circumstantiarum multitudinem, quæ curationem immutant, & quod morbi ratione faciendum erat fieri prohibent. Ac corporis quidem humani, quod pro subiecto habet Medicus, cognitio tanto magis est necessaria, quanto reliquis artificibus Medicus prestat: neq; enim hic subiectum paritur duntaxat, & operanti artifici nil præter obsequium confert, sed potiores ut plurimum habet partes, & Medici tantum ministerio indiget. ὅτι ὅτι ὅτι ὅτι ὅτι. Porro huius corporis partes, quibus consistunt principijs, quæ coierint elementorum temperatione, quæ vires ac facultates in illis lateant, quo spiritu ac quo calore conseruentur, quæ deniq; sint singularum partium functiones, tam ad speciem quàm indiuidui conseruationem necessaria, perspectum penitus habeat necesse est qui de morbis eorundemq; symptomatibus corpus humanum affligentibus statuere velit, quod ea quæ præter naturam insunt & corpus de naturali statu deturbant, intelligi nullo modo possunt, nisi prius de his certus sis, quæ secundam naturam insunt, quando corpus inculpata sanitate fruatur, ac omnia vite munia conuenienter obit, quæ uti Physiologia explicat, ita aduersam corporis valetudinem, Pathologia exponit, ac quæ morborum, quæ symptomatum natura, quibus ex causis ea orta procedant, expendit. Huic affinis est Semiotice, quæ mentem ad recondita corporis perducit, & quod magnâ obscuritate prius latebat inuolutum sic aperit, ut oculis quasi usurpari possit. In his postquam ingenium probè subegerint ἰατρικὴν πρῶτον, tempus demùm est, ut ad nobilissimam & maximè propriam artis nostræ partem, ἰατρικὴν

πρωτην deducantur, quae docet, quomodo cito, tuto, & iucunde aeger
Janari, aut si morbi vis id neget, in meliorem statum saltem reduci
possit, qui finis est artis ultimus, & cuius gratia reliqua omnia ad-
discuntur, cuncta q̄q; Medicus agenda suscipit. Hec *οὐαγγοφία* est
totius artis Medicae, hic eam addiscendi ordo, quem in dogmaticorū
Scholis iam inde à temporibus Galeni tam in tradendā quam addis-
cendā Medicinā sunt secuti, quotquot à mille quadringentis amplius
annis Medicam artem excoluerunt, & praeclaris scriptis nomen suum
immortalitati consecraverunt. Nec recesserunt ab hac maiorum re-
giā viā CLL. & celeberr. VV. qui in hac illustri Academia annos
quadraginta quatuor Medicinam docuerunt, & etiamnum hodie do-
cent. In quorum numerum postquam auctoritate Ser^{mi} Principis
Frid. Vlrici, Ducis Brunsv. & Lunab. Domini mei clementissimi ad-
scitus sum, id sedulo cogito, ut meo etiam loco commodo vestro inser-
uiam; cum q̄q; de voluntate Ampl. Collegij Medici Pathologia expli-
catio mihi demandata sit, constitui utilissimam illam ac maximè ne-
cessariam Medicinæ partem vobis breuiter enarrare, in quo etsi Ga-
leni ductū ac ordinem sequar, in ijs tamen, quae aut aliās sunt obuia,
aut ab alijs satis explicata, uti sane sunt permulta, non immorabor,
sed obiter tantum attingam, si quae autem difficilia visa fuerint, nec
satis omnibus expedita, quemadmodum sunt cause, quae totā substā-
tiā morbos producunt, & eius generis alia, id operam dabo ne fidem
& diligentiam meam desiderare possitis. Praecipuè verò ubi ad parti-
cularem morborum ac symptomatum explicationem deuentum fue-
rit in id incumbam, ut quidquid aut veteres Graeci, Arabes, Barba-
ri, aut recentiores peculiare in singulis morbis, quantum ad morbo-
rum naturas, causas, & signa spectat, diligenter annotetur: nec
praeteribo Paracelsi & eius sectatorum opiniones, ut unā & eadem o-
perā, numquid eas laudes, quae hodie à multis illis tribuuntur, susti-
nere possint, intelligatis. Faciam autem, quod benè vertat, initium
praelectionum cras horā secundā pomeridianā. Valete & industriam
nostram vestrā assiduitate adiuuate. PP. VI. Non. VII. br.


Anno cIo Io cXX.

V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumus pro ecclesia tua sancta catholica
innumificac custodie. adiuuare. et regere
innumus toto orbe terrarum. una cum familia tua
innuma. Rege. innumo **S** familia nostra **S** et omni
innumo orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumo toribus. **M**emento dñe famulorum famu
innumo rum tuarum. **S** et omni circumstantium quorum
innumo fides cognita est. et nota deuotio pio quibus
innumo tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumo sacrificium laudis pro se suis et omnibus pro
innumo ratione animarum suarum. pio spe salutis. et
innumo incommunitatis sue tibi reddunt vota sua
innumo eterno deo uiuo et uero **O**mnium





Farbkarte #13

B.I.G.



17.

gramma
RIDI VO
MEDICINAE

& Prof. P.
ad
in illustri Academ.
studiosos.



AESTADI,
IACOBI LVCI
M. DC. XX.

76

